



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem  
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Dispvt. CXXIV. Quæ sit differentia inter has voces Græcas υπόστασις  
Hypostasis, & Ουσία Usia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)







lico, aut pro natura & essentia, quæ dicitur, *Υψία*, aut pro persona: nec significatio huius nominis, *hypostasis*, ad hæc usque tempora fuit satis manifesta.

## CAPVT II.

De Antiquitate vocis *ὁυστασις* Hypostasis.

**H**anc vocem, *Hypostasis*, in significatione, quæ vultur Ecclesiastici, barbaram esse existimant Nicephorus lib. 10. historiæ cap. 15. Socrates lib. 3. cap. 7. Probant vero autoritate Irenæi Grammatici: nam si apud prophanos auctores reperitur, in alia omnino significatione est. Sophocles in Phœnice pro insidijs vsus est. Menander pro iuris condimento: aliquando etiam ponitur pro facie vini in fundo dolij subsistentes, veteres ergo (inquit ille) in alia significatione hoc nomine vsi sunt, quam recentiores: hi enim substantiam frequenter pro substantia viuant.

Verum non solum à tempore Athanasij scriptores Ecclesiastici eo nomine frequenter vultur ad significandum mysterium Trinitatis, vt infra videbimus; sed etiam, vt notauit Budæus in Commentarijs Linguae Græcæ, nomen *Hypostasis*, inuenitur apud Aristotelem libro de mundo ad Alexandrum, ad significandam substantiam indiuiduam, vel naturam subsistentem; seu potius, vt ego existimo, ad significandam veritatem naturæ, & non solum speciem apparentem. Inquit enim longe ante medium, Eorum, quæ ex ære nobis obuiantur, vt stridit hæc attingantur, alia apparent, alia subsistant. Græcè autem pro eo, quod est, *Substantia*, dicitur *καὶ ὁυστασις*, hoc est, secundum hypostasin sunt, hoc est, verè existunt; alia enim in ære videntur esse, quæ reuera non sunt, & Magnus Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus ante medium, vt testatur ipse Budæus, Deum appellat *θεὸς ὁυστασις*, henada trisypostaton, hoc est, unitatem ter subsistentem, vel potius, vt ego puto, ipsam fecunditatis diuinæ narrationem, Trisypostaton vocat, inquit enim; Itaque in omnibus serè diuinis libris diuinitatem ipsam sacris laudibus ornari, animaduertimus, vt monada quidem, & unitatem propter simplicitatem, deinde dicit, Vt Trinitatem autem, propter celestis fecunditatis in tribus personis enumerationem, Græcè autem est hoc modo, & *τριάς ἐστὶν ὁ θεὸς τρις ὑποστάσεις τῆς ὑπερσούλης* *πονοῦντος* *ἐκ πατρός*, hæc ille, ac si verbum pro verbo reddidisset hoc pacto, Secundum Trinitatem propter Trisypostaton supersubstantialis fecunditatis enarrationem. Et quod caput est, idem etiam Dionysius cap. 7. de diuinis nominibus post medium in Græco codice cap. 2. ter vultur eodem nomine, *Hypostasis*, & vbi Latine habemus, principalium personarum, & vnaquæque personarum, Græcè autem dicitur, *θεοῦ πρῶτης ὑποστάσεως*, Thearchicon hypostasen. Eodem nomine in eadem significatione vultur Iulianus in expositione veræ confessionis Trinitatis aliquantulum à principio, & in libro questionum. Christianis à gentibus positarum questionum.

Neque vero hæc nominis significatio aliena est ab alijs significationibus, in quibus prophani auctores, & Philosophi hoc nomen, *Hypostasis*, vultur. Nam cum significat condimentum iuris, vel insidias, vel faciem vini in fundo cadi, non alicatione ea denotat, nisi quia sub alijs posita

## CAPVT VI.

93

sunt: qua ratione subsistere, vel sub alio existere dicuntur: hæc eadem de causa dicitur substantia; quia accidentibus substat, & ideo Augustinus libro 7. de Trinitate capit. 4. circa finem dicit, in Deo esse substantiam absolute, quia secundum primariam nominis significationem nihil in Deo est, quod accidentibus substat: sic ergo, cum *Hypostasis*, si Latine verbum pro verbo reddere velis, idem sit, quod substantia, vel (vt alij volunt) substantia, quasi, sub alio existens, & Latini appellent substantiam naturam ipsam subsistentem, vt opponitur accidentibus, vel etiam indiuiduam substantiam, quam vocamus suppositum, vel personam, hinc effectum est, vt de nomine *Hypostasis*, fuerit inter Catholicos etiam controuersia quid significaret. Vtrum naturam ipsam, an personam, seu suppositum: vtrumque enim, sub alio esse, quodammodo dicitur.

## CAPVT III.

Qui putauerint esse idem *Hypostasin*, & *Υψία*.

**F**uerunt in primis Latini Patres, qui nomen *Hypostasis*, & *Υψία*, idem omnino significare arbitrati sunt: interpretantur enim vtrumque Latine, substantiam. Quamobrem & suspectum esse dicebant nomen *Hypostasis*, cum aliqui tres hypostases in Deo concedebant: ex quo videbatur, naturam & essentiam Trinitatis diuidere. Sic Hieronymus in Epistola ad Damasum, quæ incipit, Quoniam reuoluto: Taceantur (inquit) tres hypostases si placet, & vna teneatur, nomen hoc non bona suspitionis est. Et paulo inferius: Mihi credite venenum sub melle latet: transfiguratur enim se Angelus Satana in Angelum lucis, nempe existimabat, nomen Græcum *Hypostasis*, idem significare, quod apud Latinos *Substantia*, vel *Essentia*, cumque Latini non audeant dicere tres substantias, ideo neque tres hypostases ille volebat admittere. Quare statim subiungit: Tota literarum secularium schola nihil aliud hypostasin, nisi *Υψία* nouit, & quis rogo ore sacrilego tres substantias predicabit? In eadem sententia cum Hieronymo fuit Augustinus lib. 5. de Trinitate, cap. 8. vbi sic ait, Essentiam dico, quæ *Υψία*, Græcè dicitur, quam *Υψία* substantiam vocamus: dicunt quidem, & illi (scilicet Græci) hypostasin, sed nescio quid volunt interesse inter *Υψία* & hypostasin, ita vt plerique nostri, qui hæc Græco tractant eloquio, dicere consueverint, *μία οὐσία, τρεῖς ὑποστάσεις*, quod idem profusum est vnam essentiam, tres substantias. Et continuo ca. 9. subiungit, Sed quia nostra loquendi consuetudo iam obtinuit, vt hoc intelligatur, cum dicimus essentiam, quod intelligitur, cum dicimus substantiam, non audeamus dicere vnam essentiam, tres substantias. Et libro 7. cap. 4. in principio inquit; Dicitur est à nostris Græcis vna essentia, tres substantia; à Latinis vna essentia, vel substantia, tres persone, quia sicut ita diximus, non aliter in sermone nostro, id est Latino, essentia, quam substantia solet intelligi. Ex quibus constat, Augustinum eodem modo suspectam habuisse dictam vocem *Hypostasis*, apud Latinos, sicut eam habuit Hieronymus, nisi quod tandem libro 7. de Trinitate, capite 6. concedit, Latine dici posse tres substantias in Deo, sicut Græce dicuntur tres hypostases, vbi scandalum non esset, & de sensu Catholico constaret. At Hieronymus seuerius negat prædictum modum loquendi. Ricardus vero de Sancto Victore lib. 4. de Trinitate, cap. 20. nouit hanc differe-

August.

6.

Nomen Hypostasis Latine suspectum, quod substantia significare arbitrantur.

Hieronym.

Augustin.

7.

Ricard. Vi.

differe.



8. differentiam vocum inter Latinos, & Græcos, & utroque in sua lingua rectè loqui, & rectè sentire, affirmavit.

Ex Græcis quoque fuit Paulinus Episcopus Theſſalonicenſis, de quo Acacius Episcopus Beronensis in Epistola ad Cyrillum, quæ est 15. inter Epistolas Cyrilli, scribit in hunc modum: *Derribat tres dicere hypostasies, diserte cum virtute, ac veritate eadem sentiens, ac tractans.* Et infra. *Adhæsit autem Occidentibus Deo dilectissimis Episcopis, propterea, quod angustior est Romana lingua, quam quæ iuxta nostram Græcorum Phrasim tres hypostasies dicere queat.* Quæ de causâ existimo etiam inter Græcos diffensionem fuisse in Concilio Alexandrino, quam forsan Latini cum Hosio excitant, quod suspecta ea vox videretur, ad significandum personas. Ex Græcis igitur non defuerunt, qui Latinorum sensum sequerentur. Quare interpretes Concilij Ephesini noster Peltanus, cum hanc Epistolam Acacij conuertit, in 1. tom. cap. 2. non debuit dicere, *Sectabatur hic autem piissimos Orientis Episcopos*, sed, *Occidentis*, ut ex dictis perspicuum est. Sed idem Acacius in eadem Epistola admonet Cyrillum, ut quamvis Orientales, tam laici, quam clerici, faueant opinioni dicentium in Deo esse tres hypostasies, comprimat nihilominus hunc modum loquendi, ne novitas vocis causa sit diuisionis in Ecclesia.

Alexand.  
Concilium.

Peltanus.  
Acacius.

Cum illis  
Athanas.  
consensisse  
videtur.  
9.  
Eudæus.

Concilium  
Sardicen.  
Nomen  
Hypostasies  
substantiam  
intelligit.  
Euseb.  
Niceph.

Theodor.

10.

Et, quod caput est, Concilium Sardicense generale, cui interfuerunt cum Hosio Cordubensi Episcopi Latini circiter trecenti, ut narrat Nicephorus lib. 9. cap. 12. in Epistola ad Episcopos, post medium illius, sic loquitur. *Quodque cohors studet hereticorum, quæ eas esse substantias Patris, Filij, & Spiritus sancti pronuntiat, & eas esse diuisas, nos autem hanc accepimus, & eruditi sumus, hanc habemus Catholicam, Apostolicamque traditionem, & fidem, atque confessionem: vnam esse substantiam Patris, Filij, & Spiritus sancti, ubi quod Latine dicitur, substantia, Græcè est, Hypostasis, hanc enim Epistolam referens Theodor. lib. 2. cap. 8 sic ait. Quodque cohors studet hereticorum, diuersas esse substantias Patris, & Filij, & Spiritus sancti, pronuntiant, & eas diuisas, nos autem hanc accepimus doctrinam, sic didicimus, hanc habemus Catholicam traditionem, videlicet, quod vna sit hypostasis (quam vocem heretici vsurpant pro substantia) Patris, & Filij, & Spiritus sancti, est autem in Græco codice Theodoretus hoc modo, *ἡ μὲν εἷναι ὑπόστασιν (αὐτοὶ δὲ διὰ τὴν οὐσίαν προσαγορεύοντες) τοῦ πατρὸς, &c.* ac si Latine dicas, vnam esse hypostasim (quam heretici vsuam dicunt, vel pro vsu vsurpant) Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Kallistus etiam lib. de Incarnatione, contra Acephalos ita scribit. *Clarissime igitur substantia nomen nonnunquam personam, interduum vero naturam significat.* Quo sensu explicare contendit sententiam quandam Cyrilli, de qua nos ex professo disputauimus 3. part. q. 2. art. 1.*

Vera differentia inter ὑπόστασις, Hypostasis, & οὐσία, vltian, ex sententia Patrum.

Ceterum iam tandem discrimen manifestum constitutum est inter duo illa nomina, non solum apud Græcos Patres, verum etiam apud Latinos, quod optime explicauit Baſil. in Epistola 4. quæ est ad Gregorium Nyſſenum, & idem Nyſſenus in libello de differentia vsu, & hypostasis. Damasc. lib. 3. de fide, cap. 3. 4. & 6. & in lib. primorum Institutionum, cap. 1. Anastasius Patriarcha in explicatione fidei, quæ habetur quinto tomo Bibliothecæ sacræ, & Ioannes Maxentius in professione fidei, quæ est in quinto tomo Bibliothecæ sacræ; quinimò antiquior Athanasius in tractatu de definitionibus, quos ex Latinis sequitur Boethius in libro de duabus naturis, & vna persona Christi: videlicet nomen, vsu, Græcè idem significare, quod Latinis, *Natura*, & *Essentia*, nam de nomine, *Substantia*, dicimus infra de nomine vero, *Hypostasis*, idem, quod *suppositum*, vel *persona*, quocirca in Deo vnam vsu, hoc est, essentiam, & tres hypostasies, hoc est, personas debere concedi. Quinimò Paulinus ille Theſſalonicenſis, quem Acacius Epistola 15. apud Cyrillum dixisse narrat, vnam solum esse hypostasim in Deo, quod ipsi videretur, hoc nomen essentiam significare, postea in confessione fidei, quam ex illo refert Epiphanius hæret. 77. tres hypostasies confiteri, primum, & omnibus necessarium esse iudicauit: cuius Paulini auctoritatem allegatam fuisse Hieronymo, ut concederet tres hypostasies, colligitur ex eo, quod ipse Hieronymus ait in illa Epistola 57. *Ignoro Paulinum, &c.*

In hac significatione vsurpant hanc vocem *Hypostasis*, plura Concilia Græca, Chalcedonense act. quinta, in secunda fidei confessione, quæ est in fine actionis: quod enim in vna translatione dicitur, *in vna coeune persona*, alia habet, *in vna persona*, & in vnam substantiam concurrentem, etiam autem *Substantia* Latinis idem, quod Græcis *Hypostasis*. Eodem modo vtuntur hac voce *Hypostasis*, Concilium Alexandrinum, & Epiphanius, anathematismo secundo & quarto, qui habentur in Epistola Cyrilli. ro. & Concilium Constantinopolitanum quintum, collatione octauæ canonis quinto & octauo, & sexta Synodus generalis actione quarta, in Epistola Agathonis Papæ, & actione 11. in Epistola Sophronij, & in actione decima octaua, in confessione fidei, & Constantinopolitanum primum, in Epistola ad Damasum. Quocirca vsu Ecclesiastico ita vsurpatur in hac significatione vox *Hypostasis*, vt nullam iam pro essentia ea vtatur. Quare Iustinianus Imperator & ipse Græcus in edicto fidei ad Leonem Papam secundum, columna nona, est actum in secundo volumine Conciliorum, inquit: *Omnes sancti Patres consonanter nos docent, aliquid esse naturam, seu substantiam, & formam, & aliquid substantiam, sine personam: id est, hoc speciatim, aliud generaliter*: & ita in edicto pro eodem vtuntur nomine substantiæ & personæ: Græce autem personæ sunt ea voce eodem modo Patres allegati capite secundo, imo & Hieronymus in expositione beati dei ad Damasum, & Latine interpretatur substantiam, verba illius referemus disputatione 1. cap.



cap. 1. Quare hoc tempore ad eundem indubitata res est, ut qui negaret modo tres in Deo substantias Latine, aut Græcè hypostasias, vel unam tantum confiteretur hypostasiam, erroris nota dignus esset. An vero possit concedi sermone Latino una absoluta substantia communis præter tres relatiuas, sequenti disputatione videbimus. Quod si aliqui ex Patribus, ut superiori capite vidimus, dixerint, unam esse in Deo hypostasiam, mirum non est; nondum enim satis comperta eis erat significatio huius nominis. Quocirca Epiphanius Diaconus in septima Synodo generali, actione 6. tomo 3. circa medium inquit, idem Eutychianos errasse, quia distinguere noluerunt naturam ab hypostasi.

Est tamen inter antiquos Patres dissensio circa illum locum Pauli ad Hebræos 1. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*, nam pro substantia Græcè est *hypostasis*, utrum significet eo loco essentiam, an personam. Athanasius in Epistola ad Episcopos Africae, & Epiphanius hæresi 69. hypostasiam pro essentia accipiunt: quem sensum videtur sequutus Theodoretus in illum locum; nec longe abest Chrysostomus. At Gregorius Nyssenus libello illo de differentia vitiæ ab hypostasi eo nomine intelligit personam, quem sequitur Theophylactus, ut sensus sit, filium esse imaginem, & characterem personæ Patris.

Sed Franciscus David nostri temporis hæreticus contendit, eo loco nomen, *Hypostasis*, non significare personam: quia eodem nomine usus est Paulus ad Hebr. 3. cum ait: *Participes Christi effecti*, sitamen initium substantiæ eius usque in finem retinuerunt. Et ad Hebr. 11. *Est autem fides sperandarum substantiarum*, quibus in locis manifestum est, non significare personam. Respondeo, in illis locis non accipi pro essentia, sed pro substantia rei, seu fundamento: quare in eo loco ad Hebr. 3. fidem viam appellat principium substantiæ, id est, substantiæ, non Dei, sed nostræ: quia per eam sustinuitur, & in vita spirituali fundati sumus. Sic explent Græci in eum locum. Similiter ad Hebr. 11. fides dicitur substantia sperandarum rerum, Græcè, *Hypostasis*, id est, substantia, eo, quod nullam aliam habeant tunc substantiam rebus futuræ, quæ sperantur a nobis, nempe nos fore beatos, quam dum cogitatione nostra per fidem apprehenduntur, ut etiam omnes Græci interpretantur, ergo illo loco ad Hebr. 11. *Hypostasis*, significat ipsam Patris substantiam, quæ nihil aliud est, quam personam. Eodem modo pro substantia, seu fundamento accipit Paul. 2. ad Corint. 9. & 11. cum dicit, *fundamentum gloriæ*, Græcè *ὑπόστασις τῆς δόξης*, nam persona cum subsister omnibus fundamentum, & substantia optime dicitur.

## CAP. V.

lucet primariam significationem, Substantia, Latino idem est, quod Græcis *ὑπόστασις*, Hypostasis, ex usu autem Ecclesiastico non item.

Præter, & primariam nominum impositionem attendamus, vocem Græcam, *Hypostasis*, non minus interpretari possumus Latine, *Substantiam*, quam *Subsistentiam*, quam obrem Hylarius in lib. de Synodis de Patribus Antiocheni Concilij, sic ait. Idcirco tres substantias esse dixerunt *subsistentium* personarum, per substantias edocentes, non substantiam Patris, & Filij, & Spiritus sancti diuersitate dissimilis essentia sepa-

rantur, ex quibus constat, Hylarium vocem Græcam *Hypostasis*, qua Patres Græci illius Concilij vsi sunt, nomine Latino, *Substantia*, vertisse, & ita tres in Deo substantias concessisse, sicut Græci tres hypostasias fatentur. Docet etiam B. Thom. in articulo, ad secundum, nomen Latinum, *Substantia*, respondere Græco vocabulo, *Hypostasis*. Eodem modo docet August. 7. de Trinitate, c. 6. ubi scandalum non fuerit, nullum esse incommodum, tres substantias in Deo Latine concedere: nam de Trinitate, cap. 9. & lib. 6. cap. 3. 4. & 5. & lib. 7. cap. 4. 5. & 6. affirmat, apud Græcos tres concedi in Deo substantias. Et Ioannes Papa lib. de duabus naturis contra Eutychetem in hunc sensum capi posse nomen *Substantiam*, fateretur his verbis. *Uno lumine illustramur, simul, & tribus; tribus quidem secundum vniuersumque proprietatem, siue substantiam, sicut placet aliquibus dicere, siue personam. Nihil enim pro vocabulorum diuersitate dissidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet, & intellectum.* Demum Boethius lib. de illo duabus naturis tria inquit esse nomina Græca, *Vsia*, quod essentiam Latine ipse interpretatur *Vsiesis*, quam substantiam Latine reddit, & ait unam esse solum in Deo: melius tamen existentiam interpretaretur, quasi actum ipsius essentia & vitiæ. Tertium denique *Hypostasis*, quod Latine vertit substantiam, & ita definit, personam rationalis naturæ indiuiduam substantiam, ac si pro substantia Latine vereretur Græca voce, *Hypostasis*, sed eam rursus definit hoc modo, *Rationalis naturæ indiuidua substantia*, quo nomine *subsistentia*, frequentius vitur pro hypostasi. Ex quibus manifestum est, si vim vocis, & primariam significationem illius attendamus, idem esse Latinis substantiam, quod Græcis est hypostasis, & ita tres posse in Deo concedi substantias, sicut hypostasias.

Verum vsu Ecclesiastico nomen *Substantia*, ita est accommodatum, ut solam essentiam, seu formam denotet; atque adeo non possint in Deo concedi tres substantias. Ita in Concilio Tolet. XI. in confessione fidei definitur, unam tantum in Deo esse substantiam. Hanc vero consuetudinem in Ecclesia inualuisse, ut nomen, *Substantia* significet essentiam, testatur August. 5. de Trinitate, cap. 9. & 6. lib. cap. 4. ideoque dicit non esse tres substantias in Deo concedendas. Cæterum Ioan. Theologus Ecclesiæ Latinæ in Concilio Florent. sess. 19. post medium docet, bifariam vsurpari substantiam, aliquando pro natura, & definitione rei, aliquando pro supposito, quod meo iudicio non est iam in vsu, nisi cum significamus suppositum, addamus aliquid, scilicet *indiuiduum*, vel, *incommunicabile*. Ex omnibus, quæ hæcenus dicta sunt, licet colligere, idem omnino esse hypostasiam in natura rationali, & personam, ut optime docuit B. Thomas in conclusionem huius articuli.

## DISPUTATIO CXXV.

An præter tres substantias, & Hypostasias relatiuas concedi possit alia absoluta, & communis.

Scoti, Durandi, Capreoli, & aliorum opinio, cap. 1. Quid senserit Caietanus, & alij, cap. 2. Nihil in Deo esse commune tribus personis, quod rationem habeat substantia, verior opinio est, cap. 3. Nihil esse in Deo commune personis, cui nomen Latinum substantia.

14.

S. Thomas. Unde eorum sit, ut tres substantias in Deo concedat Augustinus.

Boethius.

15.

Concilium Tolet. XI.

August.

Ioannes Concilium Florent.

S. Thomas.